

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XIII. Romana Casalis veteris. Facta concessione emphyteutica ad  
tertiam generationem masculinam, An talis concessio convenire possit  
filiæ fœminæ ut potè descendenti à masculo, ita ut verbum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

sed etiam illa, quæ consistunt in expensis litium factis pro eorumdem bonorum recuperatione vel defensione, ab illis qui occupare volebant, cum perpetuo domini præjudicio, prout erat in casu, in quo li substantata per Julium respiciebat perpetuan domini utilitatem super statu bonorum & Capituli dominio, quod controvertebatur ab eadem oppositice ejusque auctore & Fisco Regio contentibus de istorum bonorum feudalitate.

In ea enim questione, quam in fideicommissario, marito, & aliis similibus tractant Doctores, super repetitionem expensarum in litibus, quicquid aliqui varient, ea est communis & recepta distin<sup>tio</sup>, quod aut lites fuerunt super pertinentia & prælatione inter plures ex eadem investitura vel dispositione venientes, & inter se contendentes, & quia lis non perevit substantiam fideicommissi, sive dominium & perpetuan utilitatem domini, hujusmodi litium impensæ non repetuntur.

Autlites fuerunt circa ipsorum bonorum statum & substantiam, ita ita ut malus litium eventus causasset domino directo, vel fideicommisso perpetuum præjudicium; & econtra bonus eventus causer perpetuam utilitatem. Et tunc nisi agatur de levibus & modicis impensis commodè cum frumentis supportandis, vénient appellatione melioramentorum, & sunt reficiendæ Molina de primogen. lib.1. cap. 27. num.11. Garz. de expens. cap.16. num.36. Resenthal. de feud. cap.10. & 24. Salgad. in labyrinth. part.3. cap.9. numer.19. Gregor. decis. 197. num.4. & sequen. Add. ad Buratt. dec.401. num.17. Romana fideicommissi seu Salviani 23. Iunii 1653. ceram Abergato, & in aliis frequenter.

Et sic Julius, vel ejus heredes in casu devolutionis, justè prætendere poterant magnas expensas in summa plurium millium scut. passas & patiendas in gravissima & diuturna lite substantia cum Regio Fisco, & oppositrice, ejusque auctore, non sufficeret sua pertinencia & prælatione, sed super substantia emphyteusis, & qualitate bonorum, quæ per Fiscum & adversariam negato Capituli dominio, prætendebantur feudalia.

Hinc propterea, neglexitis etiam omnibus rationibus congruentia & gratitudinis, atque attenta solùm stricta ratione utilitatis & majoris interesse, indubitatam esse insinuabam, magis expedire, Capitulo facere renovationem Antonio de consensu Julii propterea remittentis dictas expensas, quæ facere novam concessionem alteri pertinet cum solo augmento scut. 25. quod utique præponderante non poterat oneri refractionis dictarum expensarum.

Neque in dicta utilitate metienda, modo aliquo habenda erat ratio oblationis, quam dicta oppositrix faciebat solvendi canones decursos, quia cum ipse ejusque pater, cuius eadem erat hæres, possederint bona, & fructus percepérint, remanebant canonum debitores certi & indubitati, ac propter red offerebat id quod debebat, & ad cuius solutionem etiam sine investitura urgeri poterat, ita ut sponso puncto feudalitatis, Capitulum posset facilimè eas recuperare; Nec aliquam legalem vel naturalem rationem subesse dicebam, quæ suaderet, ut extraneo offerente domino directo solutionem proprii debiti, agnatus petens renovationem esset obligatus offerre illud idem, quod ab alio inventur volente solvere debitum proprium, quia oblationis utilitas non provenit ab investitura, cum sine illa adhuc debitum extet, & solvi debeat.

Et ex his constare dicebam, quod ex stricta ratione justitiae & cum evidenti Ecclesiæ utilitate, magis congrua videbatur oblatio Antonii cum canone scut. 50. quæm oppositrici cum illo fecr. 75. Multò magis accedentibus aliis rationibus, gratitudinis, honestatis & congruentia, quæ relinquebantur pensanda pietati, ac summa Religioni Capituli; Et juxta præmissa, discussio negotio inter ipsos Canonicos, inter quos plures aderant Juris Consulti insignes, capta fuit resolutio Antonio favorabilis executioni demandata.

## ROMANA CASALIS VETERIS

PRO

PRINCIPISSA RUCCELLÆ  
DIANA VICTORIA,

CVM


MONASTERIO S. PETRI  
AD VINCULA.Casus decisus per Rotam pro Monasterio,  
postea sponitus per concordiam.

Facta concessione emphyteutica ad tertiam generationem masculinam, An talis concessio convenire possit filiæ sceminiæ ut potè descendant à masculo, ita ut verbum generationis masculina sufficiat verificari in persona generante, quamvis non verificetur in persona generata, vel potius in utraque generatione activa & passiva requiratur qualitas masculina.

SUMMARIUM

- <sup>1</sup> Acti series.
- <sup>2</sup> F Verbum generationis masculinæ duplicum habet significationem activam & passivam.
- <sup>3</sup> Quod verbum generatio masculina possit convenire fœmina.
- <sup>4</sup> Quilibet duas constituit generationes, unam masculinam, alteram fœminum, & quomodo.
- <sup>5</sup> Declaratur opinio volentium sub generatione masculina non venire fœminas.
- <sup>6</sup> Ex quibus contractus censeri debeat potius locutionis quæm emphyteusis.
- <sup>7</sup> Resolutio causa, & de ejus ratione.
- <sup>8</sup> Usus loquendi satùs attendendus pro regulanda voluntate.
- <sup>9</sup> Non implicat esse locationem, & restrictam ad solos masculos.

Joannes Baptista Victorius



DISC.

## DE EMPHYTEVSI DISC. XIII.

## DISC. XIII.

**D**E anno 1564. Monasterium Canonorum Regularium S. Petri ad Vincula concessit Joan. Baptista Victorio quoddam casale quod *casale vetus nuncupatur*, atque super concessione prius inita fuerunt capitula lingua materna, in quibus dicitur concedi à terza generatione masculina cominciando a tutis i suoi figlioli, Super quibus capitulis deinde consecutum est publicum instrumentum, in cuius proemio narratur conventum fuisse de concessione facienda dīcto Jo. Baptista pro filiis suis. & ad tertiam eorum generationem, quæ verba repetuntur etiam in dispositiva.

Cum autem omnibus masculis defectis, fuisse solū superlites Diana dīcti Joannis Baptiste ex Horatio filio neptis tanquam hæres Marci Antonii ultimi deficients dīcti Casalis possedetrix, contrā istam Monasterium iudicium instituit in Rota super devotione ob finitas generationes masculinas, Et assumpta desuper dispositione coram *Albergato*, Ego & ceteri pro dīcta Principissa Diana scribentes dicebamus, verbale nomen *generationis* abstractè sumptum duplēcē habere significacionem, actiā scilicet & passiā, ac utique posse convenire, Unde sub dīcto vocabulo *generationis* masculina rectè venire potest feminā, ut potè in qua patris eam generant̄ persona repräsentatur juxta theoriam Bald. in l. cum *acurissim* C. de fidicom. præsertim dum non agitur de filia primi acquirentis, in qua concurret solū masculina generatione activa, sed de nepte ex filio, unde tam activa, quam passiva concurrere dicitur, activa scilicet in acquirente, qui est generans, & passiva in filio qui est generatus, unde qualitas generationis masculina, jam in primo successore verificata, & impressa, influit in omnes ab hoc descendentes, sive sint masculi, sive sint feminæ, quia omnes sunt generatione masculina, seu de hujusmodi generatione primi acquisitoris, ad quod tale verbum directum est, ut ita distingendo inter filiam primi acquirentis & neptem ex filio probant glo. in l. Gallus § nunc de lege verb. nam est de liberis & post humis ubi Bald. Alex. num. 3. Caſtreñ. num. 4. Ias. num. 10. idem Alex. conf. 23. num. 40. lib. 5. & conf. 53. lib. 6. num. 9. Cephal. conf. 413. numer. 2. & seqq. Paris. conf. 40. n. 40. lib. 2. Menoch. conf. 379. n. 2. & 625. num. 8. Peregr. conf. 50. num. 1. lib. 3. & decif. 4. num. 2. Et is terminus nostris immò fortioribus Capr. conf. 82. num. 82. & seq. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 15. numer. 16. Fulgin. de emphytevsi. de successione quæst. 11. num. 1. in fin. Mantic. dec. 223. num. 10. Rot. in Bonon. bonorum 14. Ianuarii 1607. coram iusto, & dec. 410. num. 14. part. 4. rec. tom. 2. & 737. num. 10. & 11. par. 4. tom. 3. in quibus præsertim in d. Baron. coram iusto declaratur quod Caſtreñ. in l. si maritus de procur. loquitur de filia stipulatoris, non de nepte ex filio masculo.

Idque Ego præsertim, inconvincibili ratione probari dicebam, ex eo quod quilibet persona duas tantum constituit generationes ab ejus filiis inchoandas, seu regulandas, Unam nempè à filiis masculis, quæ dicitur masculina, Alteram à feminis, quæ dicitur feminina, quæ generationes sunt adeo inter se oppositæ, ut absolute in eis procedat argumentum à contrario sensu, tam affirmativæ, quam negativæ, ut egregiè Paul. de Caſtreñ. conf. 9. num. 4. in fine lib. 2. cuius traditio in proposito

videtur magistralis, Unde cum Joannes Baptista acquirens duos haberet filios, Horatiū nempè masculum, & Victoriam foemina, unus constituit generationem masculinam, altera vero foeminam, & consequenter impossibile dicebam dīcte Diana convenire non debere qualitatem generationis masculinæ, cum ista cessante opus esset illam dicere de generatione foeminina, quod ei convenire non poterat, dum descendebat, non à Victoria foemina, sed ab Horatio masculo.

Unde sub jungebam, traditionem *Caſtr. cons. 300. 5. lib. 2. sub num. 1. Corn. cons. 190. lib. 3. Gratian. discept. 295. numer. 2. & 3. & aliorum*, qui in contrarium deducebant ad probandum hoc verbum generationis masculinæ nona convenire foeminas, intelligendam esse, vel in concurso masculorum, vel in filia stipulatoris, vel demum ubi alia verba seu conjectura & inditæ concurrent, ex quibus deduci posset, voluntatem partium fuisse, sub dīcto vocabulo *generationis* explicare ipsas singulares personas succedere, debentes, ut scilicet masculinæ qualitatem habeant, in quibus terminis procedere dicebam *Gratianum* ubi suprà, in cuius casu concurrebat dīctio tanquam, prout etiam erat in *voto Cantucc. 125. par. 2. div. v. 1.* ut in specie explicatur per eamdem *Rocam decis. 737. numer. 4. par. 4. recent. tom. 3.*

Ac fortius p̄missa procedere, omnes pro hac parte scribentes dicebamus, quia superioris allegati, & ceteri contrarium in foeminarum exclusionem tenentes, loquuntur in terminis emphyteutis Ecclesiastica, innixi præsentim istius contractus peculiariter regulariter juxta aliquorum opinionem solis masculis convenienti, sive quod tanquam contractus stricti juris strictissimè sit intelligendus, ut constat præserim ex *Gratiano*, & ex *voto Cancuccii* ubi suprà, ideoque tales auctoritates in præsenti obstat non videbantur, cum ageretur, non de coactu emphyteutico, sed de illo locationis, largis & benignis intelligendo, ut in specie ita distinguendo benè firmatur *dīcta dec. 737. par. 4. tom. 3.*

Quod autem ageretur de contractu locationis magis quam emphyteutis, constare dicebatur, Tum quia partes utuntur verbo *locationis*, unde talis censendus est contractus, qualem partes denominantur, ut dīcta dec. 737. num. 5. par. 4. tom. 3. & 110. num. 7. par. 6. Tum ob quantitatem canonis ad mensuram fructuum ex deductis apud *Buratt. dec. 334. num. 1. d. dec. 110. p. 6.* & in aliis de quibus in *Rom. Caſtreñ. Media via* hoc eodem tit. disc. 30. Ac etiam ex modo solvendi canonem seu responsonem in pluribus pagis ad formam locationis, ut pondératur apud *Buratt. dīcta dec. 334. num. 7. in fin.*

Proposita causa sub die 5. Maii 1653. prodidit resolutione pro Monasterio, ex eo fundamento, quod cum concessum esset ad tertiam generationem masculinam, convenire non posset, nisi masculis sub dīcto vocabulo solū venientibus ex auctoritatibus *Caſtreñ. Cornei. Gratiani*, & aliorum de quibus supra, cum aliis copiose deductis in decisione super edita, post eius editionem habito ex hac parte succubente congressu Advocatorum pro directione, vel pro consilio, an expedire amplecti quandam honestam concordiam pro parte Monasterii oblatam circa remissionem fructuum, aliasque conditiones, Ego fui in sensu cui ceteri adhærerunt dīctam concordiam amplectendam esse, ut sequutum fuit, unde causa finem habuit.

Quamvis enim decisio non satisfacet nostris

## DE EMPHYTEVSI DISC. XIV.

37

Artis fundamentis, dicitisque distinctionibus, & auctoritatibus, quae in stricta juris censura urgere videbantur, unde propterea aliqui ex hujus partis defensoribus mordicus insistebant super defensionis propositio, attamen mihi ad veritatem reflectenti difficultatem non levem inferebat communis usus loquendi spectato nostro materno Italico idiomate, in quo concepta erant Capitula potius attendenda, quam instrumentum, ex iis quae habentur in alia disputacione habita in hac eadem causa discursus. Ista enim eloquitione attenta non intrant sophistica distinctiones, ac subtilitates juristarum super corvum verborum ac super eos, an adesse dictio à vel ab, seu alias dictiones, de, vel, ex, & similares quae apud allegatos considerati solent, ac eriam advertitur in decisione. Ita siquidem videntur pro meo sensu species judaismi, seu pabulum grammaticorum, quoniam cum questio sit voluntatis, istius substantia semper ac primaria attendenda est, ex communis usus loquendi ultima regulanda ex deductis per Rot. dec. 135. n. 4. & 5. par. 10. rec. ubi alle-  
gantur Ancharen. Felin. Mantica & veteri, & praefertim magistris doctrina Bar. in l. omnes populi nu.  
58 ff. de just. & iur. quod usus loquendi omni regula omnique constitutioni derogat & prævaleret.

Neglexit autem Rota, & meritò, assumere inspe-  
ctionem super natura contractus, & an ageretur de emphyteusi vel locatione, quoniam si datum voluntatem restringendi concessionem ad solas generationes masculinas per veritatem, ut communis usus loquendi Italico idiomate probabilitus importaret, nil refert esse unum vel alterum contractum, quo-  
niam non implicat esse locationem ita cum ista vel alia lege alias de iure sub isto contractu non cadente qualificatam, ut apud Seraphin. decif. 808. Orthob. decif. 42. & in aliis. Ideoq; mihi pro succumbente scribenti, reflectendo ad veritatem placuit resolutio, quævis ejus rationes non omnino satisfacerent, dum vera ratio pro meo iudicio consistere videbatur in distincione substantia veritatis potius, quam in distinctionibus ac formulis verborum instrumenti.

## E A D E M R O M A N A

### CASALIS VETERIS.

PRO

MONASTERIO S. PETRI  
AD VINCULA.

C U M

ROBERTI.

*Causa decisus per Rotam pro Monasterio.*

Acjus persona initiandæ sint ac regulandæ generationes ad quas concessio facta est; Et in discrepancia inter Capitula, & instrumentum, quid potius attendi debeat.

S V M M A R I V M

<sup>1</sup> **C**ausa controversia.  
<sup>2</sup> De modo computandi generationes.  
Card. de Lugo de Empyteni Pars II. ]

- 3 *An sub generatione masculina veniant masculi ex femina.*
- 4 *Dictio à, vel ab, an sit inclusivè vel exclusivè.*
- 5 *Capitulis potius quam instrumento deferendum est.*
- 6 *In prohibitis conventio à beneplacito Apostolice est regulanda.*

## D I S C. XIV.

**S**OPITA per concordiam controvergia de qua in precedenti, fratres & de Robertis descendentes per masculum à Victoria filia Jo. Baptista stipulatoris curarunt ad causam se admitti, praetendentes investitutram eis convenire. Assumptaque disputatione coram eodem Albergato sub die 4. Junii 1655. pro non comprehensione ad favorem Monasterii prodit resolutio confirmata iि. Decembri 1658. coram eodem, unde propterea actores atque verunt.

Fundamentum actorum erat, quod cum in instrumento diceretur concessionem fieri Jo. Baptista pro filiis suis ad eorum veritatem generationem masculinam, opus non erat, quod filii ipsius Jo. Baptista tanquam demonstrati pro generibus magis quam generis essent masculi, sed sufficiebat quod dictam qualitatem haberent illi qui futuri essent de tercia generatione passiva, dum stante verbo eorum, dictis filiis dejecto, resultabat quod ipsi stabant exclusivè, quia nemo generat se ipsum, neque potest quis dei de eius generatione ac cuius ipsius filius juxta distinctionem de qua in Affijsen. empheuteuis coram Merlino inter suas decis. 420. & 424. & in eadem coram Macchiavello decis. 355. par. 11. recent. & habetur actum in Bonon. seu Nonantulana devotionis honorum hoc tit. disc. sequenti.

Ideoque cum Octavius filius Victoriae esset masculus, & ipsi pariter masculi ex masculo procreati, de plano inferabant dictum verbum, *generatione masculina* in eis veritari, cum duplicitas linea seu generationis masculina scilicet & feminina, quantum una incipit à filiis, altera à filiabus, ita procedat in viro ac in muliere, atque ubi non constat ad familiam seu assignationem habitum tuisse respectum, sed contemplatum esse solum lexum, sufficit istum verificari in personis vocatis, non curato, at proverbiant à masculo vel à feminina juxta communem & receptam traditionem, de qua ferè omnes cumulando Bellon. jun. conf. 72. & 73. Larrea dec. Granaten. 36. & 54. Rota decif. 6. par. prima diversi in Bonon. successoris coram Bichio decif. 402. par. 9. & dec. 84 par. 10. rec. Bonon. fideicommissi de Barberis coram Corrado & Bichio dec. 95. & 218. par. 11. rec. & d. quibus & aliis frequenter in sua materia sub tit. de fideicommissis.

Idemque delungi dicebant ex verbis capitulo, instrumento non adversantium, sed solum ab isto interpretationem seu meliore declarationem recipientium, quia cum in Capitulo diceretur à terza generatione da cominciare de tutti li suoi figli, dictio à, vel ab, filiis adiecta juxta grammaticales regulas importabat exclusionem per sonarum, à quibus initium erat, ideoque cum generationes inciperent à filiis filiorum, verificabatur ut supra terminus generationis masculinæ in eodem stricto sensu, in quo Rota illud accepit in eadem causa contra Dianam Horatii filiam, ut in discursu precedentis.

Contrarium verò ut supra fuit resolutum, quia cum actiones essent descendentes à Victoria feminina, dici

D non